UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Melos, Sive Oda De Nvptiis VVolfgangi Rechlingeri, Caroli VVolfgangi F. Patricij Augustani, Sponsi nobilissimi: Et Euphrosynae Hainzeliae, Magni illius Ioan. Baptistae Septemuiri F. Patriciae ...

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1582

Finis coniugij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12450

Visual Library

EPIGRAMMATA quædam alia, eiuſdē generis.

Laus Matrimonij.

Q. HORATII FLACCI.

Felices ter, & amplius:
Quos irrupta tenet copula: nec malis
Diuulſus querimonijs,
Suprema citius ſoluet amor die.

Typus coniugij.

AVR. PROPERTII.

Exemplo iunctæ tibi ſint in amore columbæ
Maſculus, & totum fœmina coniugium.

Finis coniugij.

L. ANN. SENECÆ.

Prouidit iſte maximus mundi parens:
Quum tam rapaces cerneret fati minas:
Vt damna ſemper ſobole repararet noua.

REVS-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

N. REVSNERI.

Nec mundus ſine ſole, nec eſt ſine prole, quod ai-
Felix conjugij, lætificusque torus. (unt,

GREG. BERSMANNI.

Vileſcit ſine fruge ſolum, ſine fructibus arbos:
Et ſine luce focus, & ſine prole torus.

Felicitas coniugij.

AVR. PROPERTII.

Felix Admeti coniux, & lectus Vlyſsis:
Et quæcunque viri fœmina limen amat.

Tranquilitas coniugij.

N. REVSNERI.

Coniugium felix vt ſit, blandumque: maritus
Surdus ſit, coniux cæca ſit ipſa domi.

SEBAST. SCHEFERI.

Altera luminibus quando caret, auribus alter:
Improba coniugium tale querela fugit.

Pari-